

~~Statutum~~ 43th

Ann Rande: Statutum marescallarum et araciarum curie. De curia.

Statutum marescallarum et araciarum curie.

[1.] marescallus recipit per mensem pro solidis ad par-
vum pondus auream auri unam.

[2.] item pro annona unius roncini curie, quem equitat,
pro quolibet nocte terciam partem thumini de ordeo.

[3.] pro libet scuterius recipit per mensem pro solidis ad
dictum pondus tarenos auri tres et grana quindecim.

[4.] item pro victu per mensem frumenti thumini duos.

[5.] item pro potu ad barrile Amantei barrile unum
et medium.

[6.] pro libet inmentariorum recipit per mensem pro soli-
dis ad idem pondus tarenos auri tres et grana quindecim;
in Calabria^{et} pro vidanta per mensem thumini frumenti
duos. in Apulia pro solidis et companagio ad parvum
pondus tarenos auri quatuor et grana octo et medium.

[7.] item pro singulis quinque stallonibus, quando custodiri-
tur ad presepe non comedendo ferraginem, dantur per noc-
tem pro annona thumini duo; pro quolibet pultro per noc-
tem datur pro annona tercia pars thumini.

[8] in singulis autem araciis in principio videlicet cuius-
libet anni fiant inventaria publica quatuor consimilia,
continecia omnia animalia araciarum ipsarum, tempora,
pilaturas, mercaturas, balneaturas omnium ipsorum
animalium et res omnes receptas cum animalibus ipsis
per prepositum araciarum ipsarum a precessoribus eorum,